



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/303873>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED., CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS GUILIELMUS DE QUERTENMONT,

Haganus.

A. D. IV M. FEBRUARII, ANNI MDCCCLVIII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD C. BIELEVELT.
MDCCCLVIII.

THESES
LITTÉRAIRES ET SCIENTIFIQUES

PRÉSENTÉES
PAR
L'UNIVERSITÉ DE GENEVE

PAR
M. DE SAUSSURE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

DE GENEVE

EN 1783

PAR
M. DE SAUSSURE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

DE GENEVE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

GENÈVE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

T H E S E S.



I.

Res pupillorum et minorum etiam jure Justiniano
usucapi possunt.

II.

Non facio cum BACHOFEN, *Ausgewählte Lehren des
Römischen Civilrechts*, statuenti mulierem fundum do-
talem a marito contra legem Juliam alienatum vin-
dicare potuisse constante matrimonio, marito autem
vindicationem concessam non fuisse.

III.

Licet nihil inter contrahentes convenerit, fructus
vel partus ejus rei, quae pignori data est, pignoris
jure tenetur, modo ejus esse coeperint qui obligavit.

IV.

Non facio cum PUCHTA, *Pandecten*, § 447, hereditatem jam aditam defuncti personam sustinere.

V.

Liberi naturales a patre cive Neerlandico agniti ejus statum sequuntur civilem.

VI.

Servitus de qua loquitur Art. 727 C. C. usucapione acquiri non potest.

VII.

Art. 1918 C. C. al. ult. tantum spectat casum, quo quis e tabulis scriptisque domesticis probationem afferre velit contra scriptorem.

VIII.

Minori emancipato jus domicilii eligendi tribui non potest.

IX.

Donatio, quam filius in modum contractus sub titulo oneroso a patre accepit, collationi obnoxia est.

X.

A sententia tribunalis qua uxori denegatur facultas contrahendi vel in judicio standi appellari potest.

XI.

Legatarii, qui intra annum legata sibi relicta petunt, citatione cumulativa ex Art. 4 n°. 6 Cod. de Rat. Proc. utantur.

XII.

Societas nominata qua talis a tribunali petere potest, ut sibi liceat bonis cedere.

XIII.

Nihil obstat, quominus pro pecunia a socio comandatario collata edantur actiones innominatae (aan-deelen in blanco).

XIV.

Non assentior Cons. SCHÜLLER dicenti, si navis magister neglectis praeceptis Art. 372 C. M. pecuniam sibi comparat, exercitores tamen obligari.

XV.

Art. 775 C. M. etiam pertinet ad casum, quo decoctor hereditatem repudiavit, quae ita alii lucre cessit.

XVI.

Perperam judicavit tribunal Groninganum, d. 11 m. Mart. a. 1853, commissionarium, qui in eodem loco habitat quo committens, non habere jus retentionis quod Art. 1849 C. C. procuratori conceditur.

XVII.

Errant qui putent ex Art. 62 C. P. puniri posse qui pretii rei furtivae partem acceperunt.

XVIII.

Magister navis qui falsam exhibuit avariae declarationem non incidit in poenam Art. 147 C. P.

XIX.

Errare mihi videtur LEGRAVEREND, *Traité de Législ. Crim.*, T. 2, p. 129, dicens: La retraite ou la fuite des voleurs est une circonstance élémentaire et nécessaire du vol, et l'usage d'armes dans la fuite, pour favoriser ou assurer cette fuite, est donc une violence dans le vol ou dans la tentative du vol.

XX.

Poena Art. 245 C. P. non irroganda est his qui, scientes alios vi aut effractione effugisse, eandem viam fugae experti sunt, si ipsi nullam vim adhibuerunt.

XXI.

Praeceptum Art. 357 C. P. non abrogatum est Art. 22 C. Q. C.

XXII.

Cura pauperum, quae ultra fines prudentiae civilis extenditur eo, ut egenis opera victusque praebeantur, adversatur sanis juris publici principiis, quippe secundum quae civitatem oportet tueri quidem socie-

tatem, privatis autem relinquere ut vitae et prosperitati suae prospiciant.

XXIII.

Verkeerd zegt VOLTAIRE, *Observations sur le commerce, le luxe, les monnaies et les impôts*, Vol. 29: Un État qui ne doit qu'à lui même ne s'appauvrit pas, et ses dettes même sont un nouvel encouragement pour l'industrie.

XXIV.

Eveneens is de voorstelling onjuist, waarmede DUFRESNE SAINT-LÉON, *Études du crédit public*, p. 91, de openbare leeningen heeft trachten te verdedigen: Les gouvernemens rendent toujours à la circulation les fonds qu'ils en retirent par l'emprunt, puisqu'ils n'empruntent que pour payer.

XXV.

Ten onregte zijn door sommigen progressieve belastingen in het algemeen aanbevolen.

